



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 72. Renaudius Parisios delatus, ejus colloquium cum Chondæo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI.
A. C. 1560. vero præscripta *protestationis*, ut vocabant, formula, simul ambo conficiebantur libelli supplices, quorum supra meminimus, tandemque conclusum, quod die decima, vel decima quinta sequentis Mensis Martii triginta Belliduces crearentur, ac quingenti equites, ac mille pedites per varia itinera Blæsis, ubi Regem agere credebant, convenirent, atque una omnes vicissim summæ taciturnitatis religione sese obstringerent, ibidemque concepta exequerentur consilia: ergo conjurati eodem, quo ingrediebantur, silentio a Nannetibus discedunt, eorumque quis ad destinatum sibi contendit locum, ubi vel Belliducis vel gregarii militis partes agere jubebatur.

§. LXXII.

Renaudius Parisios delatus, ejusque colloquium cum Chandæo.

Thuan. hoc cap.
Davila hist. des guerres civiles p. 43. Interea vero Renaudius Condæo Principi hucusque gestorum rationem reddebat, atque exeunte Mense Februario Parisios contendebat, ut cum Antonio Chandæo Protestantium Ministro de mediis ad prosperum conjurationis successum necessariis conferret. Diversabatur autem ille in suburbio Sancti Germani in platea, quæ a paludibus nomen habet, hospitioque erat exceptus a quodam Advocato,

vocato, nomine Petro Avenella, viro alias probo, sed Calvinii sectæ addictissimo. Hic ex frequenti hinc inde ad Renaudium hospitem suum confluentium turba arcanum quoddam consilium latere suspicatus, quadam die familiare cum eo colloquium instituit, eumque, ut hujus concursus causam ipsi manifestaret, rogavit, tamque validis rationibus ei demonstrabat, quod hoc secretum aliis, qui tamen ipso minus huic factioni utiles forent, creditum fuerit.

Sæc. XVI.
A.C. 1560.

§. LXXIII.

Conjuratio coram Guisfis Principibus detecta.

Tandem Renaudius Avenellæ rationibus expugnatus, conjurationis secretum eidem manifestabat: hic vero, se huic consilio favere initio simulabat, cum autem rem apud se maturius discuteret, magnitudine negotii, ac periculi terrebatur, idque, licet publicæ utilitatis obtentu honestaretur, minime tamen salva Religione licere censebat, eoquod eorum, quos Princeps regno administrando præfecit, mores dijudicare, vel illorum muneri, minus vero vitæ insidiari, ad subditos nequaquam pertineat: eapropter solæ conscientiæ suæ stimulo excitatus Avenella Alpham

*Belcar. l. 28.
num. 44.
Mem. de
Castellnav
l. 1. cap. 8.*

num